

**4607** Visucio | aedem cum sign[o] | C. Candidius | Calpurnianu[s] | d. c. c. S. N.<sup>1</sup>, item dec.<sup>2</sup> [c.] | c. Nemet.<sup>3</sup> sec.

*In monte Heiligenberg supra Heidelbergam rep., est Mannheim (XIII 6404 vedit Zangemeister). Eodem loco complures tituli Mercurio dicati prodierunt (XIII 6398. 6399 = Br. 4703. XIII 6400. 6401 = Br. 4702). — 1) Decurio civium civitatis Sueborum Nicretum (sic Zangemeister C. I. L. XIII 2, p. 234, Neue Heidelberger Jahrb. 5, 1893 p. 4, collato titulo XIII 2653). Civitatis eius caput fuit Lopodunum, hodie Ladenburg. Ab eadem civitate positi sunt miliarii quos supra dedimus N. 472. 552. — 2) Sic litteras contignatas legit Zangemeister. — 3) Decurio civium civitatis Nemetum (cf. supra N. 428 not. 2).*

**4608** (*Mercurii et Visuciae imagines fractae*) deo Mercurio Vi|sucio et sancte (sic) Visu|cie, P. Quartionius | Secundinus decu[r. | c]ivi. Suma.<sup>1</sup> ex iu.<sup>2</sup> v. s. l. m.

*Ad vicum König (prope Esslingen ad Nicrum fl.), ubi fuit Grinario, rep., est Stuttgarti (XIII 6384 = Brambach 1581 vedit Zangemeister). — 1) Decurio civitatis Sumalocennensis. De Sumelocenna sive Sumalocenna, sita ibi ubi est Rottenburg, cf. supra N. 2334 (ubi vere in lapide est qq.), infra inter municipales Germaniae et imprimis Zangemeister C. I. L. XIII 2 p. 214 seq. — 2) Iussu.*

**4609** (*protome mulieris; protome Mercurii iuvenilis petasati; caduceus*) deo Mercurio et Ros|merie Cantius Titi | filius ex vot.

*Langres rep. (XIII 5677 vedit et delineavit Petavius).*

**4610** in h. d. d. deo | Mercurio et Ro|smerte, Docci | Aprossus et Ac|cep[t]us IIIII Viri A[u]gustal., | v. s. l. m.

*Rheinsport ad Mosellam in finibus Treverorum rep., est Mannheim (Haug Denkst. des Antiquariums in Mannheim n. 45).*

**4611** Aug. sa[c.] | deae Rosm[er]tae | Cne.<sup>1</sup> Com|inius Ca|ndidus | et Apro|nia Avi|tilla | v. s. l. m.

*Gissey-le-Vieil in finibus Haeduorum (XIII 2831 bis vel semel tantum de-scripta). — 1) Vix recte exceptum.*

**4612** (*Mercurius, chlamyde et torque indutus, sin. caduceum tenens, dextr. crumenam, super aram vel potius cistam apertam; retro animal quoddam; iuxta deae, fortasse Rosmertae, figura mutila*) [I]ndus Mediom[atric.] | Mercurio v. [l. m.] s. (*In latere sin.: figura muliebris mutila; in latere d.: homo [vel deus] caedens arborem, supra arborem caput bovinum, grues tres*<sup>1</sup>).

*Prope Augustam Treverorum rep. (Lehner Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1896 p. 55 seq., cum imagine frontis et lateris dextri; cf. Reinach Revue celtique 18, 1897 p. 257). — 1) De heroë arborem caedente et de gruibus cf. ad N. 4613<sup>a</sup>.*

**4613<sup>a</sup>** Iovis (*Jupiter, sceptrum et fulmen tenens; ad pedes eius aquila*). *In latere sinistro: Volcanus (Vulcanus pileatus, malleum et forcipem tenens). In latere dextro: Esus<sup>1</sup> (deus seminudus securi, quam dextra tenet, salicem caedens<sup>2</sup>). In parte aversa: tarvos trigaranus<sup>3</sup> (taurus dorsuali ornatus; retro salices arbores, inter quarum folia grues tres capiti et dorso tauri insidere videntur<sup>2</sup>).*